trumenta ab eo confecta, 125. Secus, si non habeat titulum coloratum, sed ipsemet se ingessit officio notarius, *ib.* Datur disparitas aliqua inter testem et notarium publicum, 126. Valent instrumenta confecta per notarium, qui ingressus est in quasi possessionem notariatus, sciente et patiente superiore, etc, *ib.* An valeant instrumenta confecta per notarium legitime creatum, sed postea condemnatum de falso, *ib.* Instrumenta ab eo facta ante condemnationem valent, *ib.* Secus dicendum de instrumentis, post suam condemnationem confectis, *ib.* Instrumentum si habeat plura capitula, et in uno horum sit admixta falsitas, ob quam postea notarius damnatur, probabilius reprobatur in totum, *ib.* Ob rasuram manu ejusdem notarii factam, aut de qua ipsemet attestatur, etc., non vitiatur instrumentum, 336. Præsumitur pro notario publico, quod fideliter officium suum exercuerit, donec contrarium probetur, 152. Notarius publicus non est necessarius ad testamentum solemne strictum, IV, 391. Neque ad solemne nuncupativum, 393. Notarius publicus an, et quomodo prohibeatur esse clericus, V, 300. Notarius ante omnia creari debet ad processum criminalem; quare et quomodo, VI, 62.

NOTITIA de morte conjugis prioris, qualis requiratur ad secundas nuptias, V, 534. Notitia de nullitate prioris matrimonii requiritur ad revalidandum matrimonium, 659.

NOTORIUM, quid dicatur, III, 353. Ob notorietatem facti non admittitur appellatio, 352. Notorium inducunt acta in judicio; et quomodo, II, 198. Notorium, quibus modis aliquid fiat, 400. Notoria non indigent probatione ulteriori, 519. Allegatio notorii, est probatio probata, *ib.* Istud procedit in notorio facti permanentis : secus in notorio facti transeuntis, *ib.* Ad notorium facti permanentis, quid requiratur, 520. Notorium quomodo differat a manifesto, *ib.* Explicatur cap. *De hoc, de Simonia*, *ib.* Instrumentum inducit notorium, facitque rem manifestam; et quare, III, 128. Notorium quid, et quotuplex, 398. Sumitur subinde pro manifesto, quamvis differat ab eo, et plus dicat, VI, 42. Varietas notorii, 43. Quot fit coram majori parte communitatis, notorium facti est, *ib.* Si communitas magna est, non est necesse ad notorium facti, ut fiat coram parte populi communitatis, *ib.* Vel majori parte populi totius loci; sed sufficit, si fiat coram majori viciniæ, parochiæ, collegii, monasterii, *ib.* In præsentia tamen sex hominum, *ib.* Notorium crimen, vel delictum puniri potest, non servato juris ordine, *ib.* Non requiritur ad id accusator, nec denuntiator, 44. Nec potest recusare judex, *ib.* Neque requiruntur testes ad probandum delictum, bene vero ad probandam notorietatem, *ib.* Neque requiritur citatio, *ib.* Nec solemnitas in ferenda sententia, *ib.* Quæ tamen fertur, *ib.* In notorio crimine non datur appellatio, *ib.* Hoc crimen ut sine ordine puniri valeat, requiritur ut sit proprie notorium, 45. Et de notorietate legitime constet, *ib.* Sicut etiam de malitia delicti, *ib.* Consultum etiam est, ut non puniatur sine citatione, et sententia, *ib.*

NOVALIA proprie et improprie quid, IV, 611. Item, 629. Decimæ novalium spectant ad parochum, *ib.* Exceptis novalibus regularium, utpote de quibus regulares non solvunt decimas, 630. Item, 611. Si novalia in confinio duarum parochiarum existunt, decimæ inter parochos erunt dividendæ, 630. Novalium intra nullius parochiæ limites existentium decimæ ad episcopum pertinent, *ib.* Privilegium percipiendi decimas non extenditur ad novalia, *ib.* Privilegium percipiendi decimas etiam novalium, quomodo intelligendum, 631. Privilegium eximens a solutione decimarum extenditur etiam ad novalia, *ib.*

NOVITATES plerumque pariunt discordias, I, 203.

NOVITIATUS durare debet per annum integrum, V, 23. Limitatur in ordinibus militaribus, et societate Jesu, 24. Annus novitiatus debet esse completus de momento in momentum, *ib.* Solvitur objectio, et ostenditur, quod non sit necesse differre professionem in diem finito anno sequentem, 25. Novitiatus annus debet esse continuus, 26. Si novitius per unicum diem vel horam interrumpit annum, debet de novo incipere, *ib.* Non item, si de et sub obedientia superioris etiam diu moretur extra monasterium, *ib.* Neque si tempore novitiatus infirmetur, 27. Novitiatus tempore nihil potest donari monasterio de bonis novitii, 30.

NOVITII gaudent privilegio fori clericorum, II, 235. Novitius grave crimen committens, coram judice ecclesiastico conveniendus est, *ib.* Et quid, si dimisso habitu redeat ad sæculum, 235. Novitii testari possunt, et quomodo, IV, 460. Veniunt nomine religiosorum, et gaudent eorum privilegiis, 572.

Novitiorium renuntiationes sunt nullæ, ac irritæ, nisi fiant cum licentia episcopi, etc., II, 24. Istud tamen locum non habet in testamentis, et codicillis; et cur, 25. Novitiis ante professionem abeuntibus, ut omnia sua restituantur, potest episcopus compellere regulares, *ib.* Novitiorum libertas, jura, et privilegia, V, 27. Novitii pro libitu deserere possunt religionem, *ib.* Etiamsi firmiter permanere proposuerint, *ib.* Item etiamsi in ea permanere voverint, si bona fide judicant hunc statum sibi minus idoneum esse, 28. Ex sola levitate, vel causa irrationabili deserens religionem novitius peccat graviter, *ib.* Novitius sine justa causa ejici non potest, 29. Quid si ejiciatur, *ib.* Novitii gaudent privilegiis religionis, quam intrarunt, *ib.* Recitantes soli horas in choro satisfaciunt obligationi professorum, *ib.* Novitius tempore novitiatus retinet beneficium, *ib.* Tempore novitiatus per alium beneficii functiones præstare debet, *ib.* Novitio egredienti, vel ejecto, omnia quæ secum tulit, restitui debent, *ib.* Durante probatione de bonis ejus nihil potest donari monasterio, *ib.* Limitatur in re modica et consuetis honorariis, *ib.* Habitus non restituitur novitio egredienti, sed pretium ejus, 31. Limitatur, *ib.* Novitiorum obligationes, *ib.* Novitii nec ad tria vota, nec ad regulam sub culpa tenentur, *ib.* Bene tamen ex honestate et decentia, *ib.* Ac sub pœna, *ib.* Novitius religionem deserens non tenetur ad expensas a monasterio factas, 32. Nisi de solutione earum fuerit pactum, aut ex consuetudine, *ib.* Novitiorum renuntiatio. Vide *Renuntiatio novitiorum.* Novitiorum testamentum non subest decreto Tridentino, 33. Novitius non tenetur facere testamentum; potest illud facere omni tempore, 34. Novitiorum magister. Vide *Magister novitiorum.* Novitiis ab intestato quis succedat, V, 34.

NUBENTES LIBERI sine consensu parentum an, et quando exhæreditari possint, IV, 490.

NULLITAS actus in contrarium gesti inducta per legem an sit pœna, I, 130. Nullitas sententiæ. Vide infra *Oppositio nullitatis sententiæ.* Nullum de jure non præstat impedimentum, VII, 121.

NULLUM. Quod nullum est, nullum producit effectum, II, 231, 520, III, 284, 336. Paria sunt, non esse, et nullum esse, 284. Nulla, sunt alia ipso jure, alia annullanda, VII, 52.

NUMERUS CANONICORUM qui esse possit, ac debeat, IV, 27. Quando diminui possit, 28.

NUMERUS PLURALIS consistit in duobus, nisi plura expresse requirantur, VII, 96.

NUMMI non veniunt sub nomine auri, vel argenti, VII, 173.

NUNDINÆ alicubi diebus festis de consuetudine celebrantur, II, 314. Consuetudines tamen hujusmodi sunt moderandæ, *ib.*

NUNTIATIO NOVI OPERIS quid, a quo, quomodo, quando, ubi, et cui fieri possit, ac debeat, VI, 486. Fit circa sola futura, nondum perfecta, opera nova, *ib.* Novum opus, et præsens, quid, *ib.* Nuntiatio novi operis fieri potest a quovis, etiam privato, cujus interest, *ib.* Verbis, facto lapilli, vel per prætorem, 487. Quis horum modorum sit melior, *ib.* Ad nuntiationem non requiritur certa verborum forma, potestque fieri per substitutum, *ib.* Et quovis die, etiam feriato, *ib.* Contra quemvis, etiam proprium superiorem, *ib.* Sive in suo, sive in alieno in præjudicium alterius ædificet, *ib.* Datur etiam contra ædificantes ædificium pium, nisi de licentia episcopi erigatur, 488. Fit ex tribus causis : et quibus, *ib.* Nuntiatio novi operis quos effectus pariat, *ib.* Cui nuntiatur novum opus, illico tenetur desistere ab ædificio, vel propriis expensis destruere quod post nuntiationem ædificavit, *ib.* Sive dein juste, sive injuste ædificarit, *ib.* Quin etiam ante cognitionem judicialem, num jure ædificatum sit, destruere debet ædificium, *ib.* Hinc debet expectare post nuntiatum opus per tres menses, *ib.* Si quis in eo, quod possidemus, ædificat, possimus id propria auctoritate etiam per vim impedire, aut destruere, 489. In suo proprio ædificantem nemo ante nuntiationem violenter impedire potest, *ib.* Bene vero post illam, *ib.* Nuntiatio novi operis an, et in quibus casibus careat effectu, *ib.* Caret, si nuntiatio est manifeste injusta, *ib.* Si est periculum in mora, 490. Si nuntians cautionem recipiat, et nuntiationem remittat, vel re adhuc integra moriatur, *ib.* Si recuset deponere juramentum calumniæ, 491. Vel si intra trimestre non probat suum præjudicium, *ib.* Vel si judex nuntiationem legitime remittit, 491. Nuntiatio novi operis facta an, et quando vi impedire possit ædificare pergentem, vel violenter destruere ædificatum, 489.

NUNTIUS, si non intromittatur in civitatem ad faciendam ibi citationem, quid agere possit, II, 265. Vide supra *Citatio quid.* Nuntii apostolici, qui, et a quo constituantur, I, 573. Et quales ad id muneris deputari soleant, *ib.* Nuntii apostolici cum potestate legati a latere missi, an eamdem cum his potestatem habeant, 578. Nuntio asserenti, se ex judicis mandato citare, an sit credendum, II, 260. Quid si nuntius affirmet, se citasse; et reus neget se citatum fuisse, *ib.*

NUPTIÆ terram replent, virginitas cœlum, I, 513. Nuptiæ secundæ. Vide *Secundæ nuptiæ* et *Secundarum nuptiarum benedictio*, et *Pœna secundarum nuptiarum.* Nuptias et convivia debent evitare clerici, III, 394.

NUTRIRE PROLEM, seu liberos, quamdiu quivis conjux teneatur, V, 73.

O

OBEDIENTIA, ut est virtus specialis, quid, II, 41. Ejus objectum, quod, *ib.* Dividitur in specialem et generalem, *ib.* Obedientia, ut est virtus specialis, est major omni virtute morali, *ib.* Ac præponitur victimis : et cur, 42. Obedientia consistit in tribus, *ib.* Nempe in reverentia superiori exhibenda, *ib.* In mandato ejus suscipiendo, *ib.* Ac in judicio subeundo, *ib.* Obediendum est superioribus præcipientibus in dubio, an liceat actus, 42. Secus, quando constat, id esse contra Deum, quod præcipitur, *ib.* Declaratur istud exemplo militum Christianorum, sub Juliano Apostata servientium, *ib.* Mandato superioris, etiam oneroso, humiliter est obediendum; et toleranda correctio etiam injusta, 43. Cui magis sit obediendum ex duobus superioribus contraria præ-

cipientibus, *ib.* In obediendo major potestas præponitur minori, idque declaratur exemplis, *ib.* Proponuntur et solvuntur nonnullæ instantiæ, *ib.* Si superiores illi sint æquales domini, tenetur quis obedire utrique, si potest, 44. Quod si utrique obedire nequeat, tenetur obedire illi, cui majori vinculo, seu potiori titulo est obligatus, *ib.* Declaratur istud exemplis, *ib.* Clericus magis tenetur obedire episcopo, quam principi sæculari contrarium præcipienti, *ib.* Contra obedientiam non potest præscribi, *extinctive*, bene tamen *translative*, I, 276. Obedientia superioris non potest præscribi, V, 605.

OBEDIENTIALIBUS non indigent viri noti, a suspicione alieni, V, 59.

OBLATIONES quid, IV, 636. Et quæ earum nomine veniant, *ib.* Per se non obligant, 637. Adducuntur casus, in quibus obligationes obligant, *ib.* Præsertim ubi est consuetudo, *ib.* Per longum tempus, nempe decem annos, 638. Saltem a majori parte populi introducta, *ib.* Populus oblationes ex consuetudine debitas omittens compelli potest per episcopum, *ib.* Non item per parochum, *ib.* Oblationes omnes de jure pertinent ad parochum loci, 639. Nisi aliud constet de intentione dantium, *ib.* Aut obstet consuetudo loci, *ib.* Observatio practica, ad quem hodie oblationes pertineant, 640. Parochi omnium oblationum ad se non pertinentium administrationem habent, *ib.* Oblationes in ecclesiis regularium factæ, ad religiosos pertinent, *ib.*

Oblationum tertia pars, est de lege diœcesana, II, 16. Et quid de facto, *ib.*

OBLIGATIO sponsaliorum quæ, et quanta, V, 339. Obligatio ducendi, vel dotandi an, et quando sequatur ex defloratione, copula, imprægnatione cum vel sine spe, aut promissione matrimonii facta, 322. Obligatio in qua dies non ponitur, præsenti die debetur, VII, 63. Obligationes sunt duplicis generis; aliæ suapte natura tendunt ad agendum, vel non agendum, III, 243. Aliæ duntaxat referuntur ad patiendum, vel onus subeundum, si ab altero agatur, vel petatur, *ib.* Hæ posteriores obligationes, eisque correspondentes actiones personales, præscriptione tolluntur ob solam negligentiam actoris; idque varie exemplificatur, 244. Obligationes illæ quæ tendunt ad aliquid agendum, vel non agendum, non possunt ullo tempore cum mala fide, seu scientia juris alieni, præscriptione extingui, *ib.* Debitum pecuniarium an extinguatur per hoc, quod creditor longo tempore non exigat, 245. Obligationes indeterminate factæ statim obligant, V, 340. Obligationibus facti, si æstimationem non recipiunt, satisfit præstando interesse, 343.

OBLIGATUS ad factum, an, et quando satisfaciat præstando interesse, IV, 209.

OBREPTIO, et subreptio rescriptorum, quomodo committatur, I, 242. An sit differentia inter obreptionem, et subreptionem, 243. Vide infra *Rescriptorum subreptio.* Ob et subreptitia quando fit dispensatio? Vel ne fiat? Vide *Exprimenda in dispensatione*, vel V, 571.

OBSCURUM quid sit, VII, 73. In obscuris minimum est sequendum, *ib.*, 106, 133. In obscuris quod verisimilius vel quod plerumque fieri consuevit est sequendum, 107. Ordo procedendi in obscuris, *ib.* Interpretatio quomodo facienda contra proferentem, vel statuentem obscura, 133. Obscura depositio testis contra producentem est interpretanda, *ib.*

OBVENTIONUM nomine quid veniat, V, 108.

OCCIDERE licite potest auctoritas publica malefactores, VI, 352. Si adest causa legibus comprobata, *ib.* Alias etiam principes occidens injustum committit homicidium, *ib.* Potest etiam malefactorem ita bannisare, vel prohibere, ut quivis privatus eum possit occidere, si certæ adsint conditiones, *ib.* Occidere in bello justo etiam directe licet nocentes hostes, 353. Non item innocentes, quales sunt pueri, mulieres, clerici, religiosi, homines simplices, *ib.* Indirecte, et præter intentionem etiam innocentes occidere licet in bello justo, *ib.* Occidere privata auctoritate (servato moderamine inculpatæ tutelæ) licet ob necessariam defensionem vitæ et corporis, 363. Ac bonorum fortunæ magni momenti, 365. Non tamen licet occidere iniquum testem, judicem, vel accusatorem, etsi ab eis grave damnum temporale immineat, 365. Neque licet defensione occisiva defendere ea, ad quæ jus inchoatum habemus, *ib.* Neque licet occidere impedientes nos ab hæreditate, vel legato adeundo, *ib.* Num liceat pro defensione famæ occidere, *ib.*

OCCULTUM dicitur, quod quinque sciunt, V, 552. Occultum impedimentum quando dicatur, *ib.* Occultum proprie tale quid? punitur a solo Deo, VI, 41. Occultum pene vel quasi tale quid, *ib.* Occultum homicidium quando dicatur, ad hoc, ut dispensare valeat in irregularitate episcopus, vel superior regularis, 379. Occulta peccata sub sigillo, et secreto naturali manifestari non debent in visitatione ordinaria; bene vero si absque sigillo, et secreto naturali commissa sciuntur, 51. Occulta peccata gravia in visitatione ordinaria cognita an, et quando possit superior aliis manifestare, et propter illa punire subditum, 52.

OCULARI INSPECTIONE fit probatio, II, 517. Et quæ ad hanc requirantur, *ib.* Probatio per aspectum præfertur attestationi juratæ in contrarium, 527. Probatio per ocularem aspectum est omnium optima, 528. Et nunquam censetur exclusa, *ib.* Ocularis inspectio debet fieri citato, et præsente, si voluerit, adversario, 532. Probatio per ocularem inspectionem est privilegiata in multis, et potest semper fieri, 541. Etiam post conclusionem in causa, *ib.*

OCULO CARENS, vel in eo habens maculam, an ordinari possit, I, 509. Quid, si quis careat solo visu oculi dextri, *ib.* Aut sinistri, quem vocant *Oculum canonis*, *ib.* Vide supra *Corpore vitiati.*

ODIA restringenda, quando et quomodo, VII, 47. Odio alterius nemo debet prægravari. Vide *Innocens.* In odium alicujus inductum, non est in ejus commodum convertendum; et quomodo, 141.

ODIOSÆ quænam dicantur leges, et dispositiones, VII, 69.

OFFENDENS IN UNO factus est omnium reus, quomodo intelligendum, VII, 16.

OFFICIALIS episcopi, an differat a vicario generali episcopi, I, 534. Officialis episcopi in jure vocatur etiam *Vicarius generalis*, *ib.* Officialis in Italia, apud nos dicitur vicarius generalis, *ib.* Officialis jurati dicto creditur in his, quæ pertinent ad suum officium, III, 21. Idque exemplificatur in nuntio publico, *ib.* Ponderatore publico, 22. Medico, architecto, agrimensore, et similibus, *ib.* Officialis vocatur in bullis vicarius generalis ultra montes, V, 602. Officiales minus salariati. Item ægroti. Vide *Locatoris operarum.*

OFFICIUM judicis nobile, et mercenarium, quid, I, 546, II, 31. Quæ exerceantur officio judicis mercenario, 31. Officium judicis nobile dupliciter exercetur; nimirum vel ex mero ejus facto, vel ad instantiam partis, *ib.* Imploratio officii judicis, in quo differat ab actione, *ib.* Imploratio officii judicis est remedium extraordinarium, 32. An ad eam requiratur contestatio litis, *ib.* Officium quid, III, 470. Officium inquisitionis et inquisitores fidei unde, et quid qualemque potestatem habeant judicandi et procedendi in causa hæresis, VI, 321. Episcopi in suis diœcesibus sunt inquisitores nati, 322. Et gaudent omni facultate inquisitorum, ubi officium non viget, *ib.* Officium alteri præstitum non debet ei esse damnosum, VII, 55. Officia sæcularia exercere, quomodo prohibeantur clerici, III, 391.

OLEA tria benedicit episcopus *in Cœna Domini*, I, 492. Videlicet chrisma, *ib.* Oleum catechumenorum, *ib.* Et oleum infirmorum, quod et an differat a cæteris, 493. An sit iterandum sacramentum Extremæ Unctionis, si per errorem chrisma pro oleo infirmorum adhibeatur, 492, 493.

OMNIS res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, VII, 4. Omnes quod tangit debet ab omnibus approbari, quomodo, 71. Omnia qui dicit nihil excipit, 174.

ONUS reale, proprie tale quid, V, 280. *Res transit cum onere suo*: quomodo intelligendum, *ib.* Onus non potest imponi beneficiis, IV, 81. Quid possit circa hoc prælatus cum capitulo, *ib.* Onus qui sentit, etc., v. *Qui sentit.* Onus quis dicatur, VII, 127. In onere succedere debet, qui substitutus est in honore, 169. Onus adhærens personæ non transfertur in successorem, 170.

OPERA sanctissimæ Trinitatis ad extra sunt indivisa, I, 58. Opera potentiæ appropriate tribuuntur Patri, opera sapientiæ Filio, et opera bonitatis Spiritui sancto, 59. Disparitas inter opera Trinitatis ad extra, et Incarnationem Verbi, *ib.*

OPERARII et operarum locatores. Vide *Locatoris operarum.*

OPERIS NOVI nuntiatio. Vide *Nuntiatio novi operis.*

OPINIO est alter gradus probationis, II, 517.

OPPOSITIO nullitatis sententiæ, quid, III, 306. Hæc solet fieri per viam querelæ, *ib.* Oppositio nullitatis sententiæ, et appellatio, differunt varie; suntque diversa juris remedia, 307. Atque remota appellatione, non censetur nullitas sublata, *ib.* Nullitas sententiæ potest opponi usque ad triginta annos, 307. Oppositio nullitatis sententiæ, coram quo judice sit facienda, *ib.* Hodie ex usu fori ubique ferme solet adiri superior super nullitate principaliter cognoscenda, 308.

OPTIO in alternativis cui detur? Vide *Alternativa.*

ORACULUM VIVÆ VOCIS, quid, I, 216. Oracula vivæ vocis omnia sunt revocata, V, 649. Ita ut neque in foro conscientiæ valeant, 653. Vide *Privilegia.*

ORARE privatim, et pia opera peragere pro excommunicatis licet, VI, 576. Ordinari per saltum, quid, 478. Est prohibitum, ordo tamen valet, excepto episcopatu, *ib.* Per saltum ordinatus est suspensus ab ordine ita suscepto, 479. Fit subinde irregularis, *ib.* Qui absque prima tonsura ordines suscipit, est suspensus ab illis, *ib.* In qua tamen suspensione dispensare potest episcopus, si in suscepto ordine per saltum clericus non ministravit, 480.

ORATIONE magis defenditur respublica, quam labore et sudore, III, 390. *Orationes sunt optima arma*, et auxilium præsertim clericorum, *ib.*

ORATORIUM PRIVATUM potest erigi sine consensu episcopi, V, 198. Oratoria etiam privata auctoritate episcopi erecta gaudent asylo, 225. Regulares possunt habere oratoria privata, ac in iis celebrare missas, et alii eam audire, 175.

ORDINARI nullus debet, nisi a proprio episcopo, I, 449. Subditus episcopi quoad ordines recipiendos, quatuor modis quis censetur; quibus, *ib.* Natus in una diœcesi, et in alia habens domicilium, vel beneficium, potest a quolibet earum episcopo ordinari, *ib.* An etiam uno horum electo possit quis variare, suscipiendo cæteros ordines ab alio, *ib.* An, et quibus currentibus possit quis variare, suscipiendo cæteros ordines ab alio, *ib.* An, et quibus concurrentibus possit quis ordinari ab episcopo ratione beneficii in ejus diœcesi obtenti, 450. Olim ad hoc sufficiebat beneficium modicum, *ib.* Secus de facto ob novissimam constitutionem Innocentii XII, *Speculatores domus Israel*, *ib.* Quænam vi hujus constitutionis requirantur, ut quis ordinari valeat ab episcopo ratione beneficii in ejus diœcesi obtenti, 451. Referuntur verba dictæ constitutionis, *ib.* Ordinari quis potest ab episcopo loci ratione originis, *ib.* Dummodo ibi non fuerit natus fortuito, *ib.* An quoad ordines suscipiendos etiam inspiciatur origo patris, 452. De facto post

constitutionem Innocentii XII subditus episcopi ratione originis, quis censeatur, *ib.* Origo matris an attendatur quoad ordinationem filii, præsertim illegitimi, *ib.* Quid dicendum de expositis, *ib.* Ratione domicilii quomodo quis efficiatur subditus episcopi quoad ordines ab ipso recipiendos, *ib.* Ad hoc non sufficit quasi domicilium, 453. Refertur nova constitutio Innocentii XII, circa hoc, *ib.* Ut episcopus familiarem suum ordinare valeat, quæ requirantur, *ib.* Episcopus ordinans suum familiarem, statim debet ei conferre beneficium, 454. Dictio *statim*, quid hic importet, *ib.* Episcopus titularis nequit ordinare suum familiarem, *ib.* Quæ alia ex constitutione Innocentii XII, de facto requirantur ad hoc, ut episcopus familiarem suum ordinare valeat, *ib.* Referuntur posteriora verba dictæ constitutionis, *ib.*

Ordinari an, et cur non possint servi invitis dominis, 503. Vide infra *Servi.* Ordinari prohibentur obligati ad ratiocinia ante redditas rationes, et cur, 505. Vide infra *Ratiocinia.* Ordinari quando possint, vel non possint corpore vitiati, 507. Ubi vitium corporis vel impedit exercitium ordinis, vel notabilem deformitatem causat, inducitur irregularitas, et prohibetur quis ordinari, 508. Mutilatus manu nequit ordinari, *ib.* Carens medietate palmæ ordinari non potest, *ib.* Bene tamen jam ordinatus potest exercere actus ordinis, in quantum valet; et cur, *ib.* Carens pollice vel indice, aut ejus ungula num possit ordinari, *ib.* Et quid de eo, qui caret aliquo digito, *ib.* Vel qui habet sex digitos, *ib.*, 511. Claudos an valeat ordinari, 509. Carens oculo, vel in eo habens maculam, an ordinari possit, *ib.* Quid si careat solo visu oculi dextri, *ib.* Aut sinistri, quem vocant oculum canonis, *ib.* In dubio de gravitate vitii corporalis, pertinet ad episcopum id dijudicare, *ib.* Etiam respectu religiosorum ab ipso ordinandorum, 510. Vide supra *Corpore vitiati*, et infra *Irregulares.* Ordinandorum idoneitas in dubio non præsumitur, sed est probanda, 475. Qua ratione ordinandorum idoneitas possit probari, 477. Cur ab ordinando sit probanda sua libertas, cum tamen omnes homines naturaliter nascantur liberi, *ib.*

Ordinantis male, et male ordinati pœnæ, partim continentur in jure canonico, partim in bullis pontificis, 487. Pœnæ in constitutione Pii II, *Cum ex sacrorum*, contentæ referuntur, *ib.* Hæ pœnæ solummodo locum habent de male suscipientibus ordines sacros, non autem de prima tonsura, vel ordinibus minoribus male susceptis, *ib.* Procedunt tamen etiam quoad regulares, *ib.* Bulla Sixti V, contra clericos male promotos, *Sanctum et salutare*, est revocata per Clementem VIII, cur, et quomodo, *ib.* Pœnæ ordinantium, vel ordinatorum ante legitimam ætatem quæ, 468. Ordinatus ordinibus majoribus ante legitimam ætatem, de facto ipso jure est suspensus, 469. Pœnæ ordinantis vel ordinati extra legitima tempora, quæ, *ib.* Ordinatus extra tempus de facto ipso jure est suspensus, *ib.* Num in tali suspensione possit episcopus dispensare, 470. Quæ sit pœna ordinantis alienum subditum, et sic ordinati, *ib.* Quæ sit pœna ordinantis aliquem, et ordinati absque competenti titulo sustentationis, 471. Et quæ pœnæ ordinantium religiosos non professos, vel solum professos ad certum tempus, 472. An et quas pœnas incurrat ordinans, et ordinatus non servatis temporum interstitiis, 473. Vide supra *Episcopus scienter.*

ORDINARIUS generatim, quid dicatur, II, 2. Differentia inter ordinarium, et diœcesanum, *ib.* Ordinarius ordinariorum cur dicatur Papa, *ib.* Ordinariorum nomine veniunt patriarchæ, primates, archiepiscopi, et episcopi, *ib.* Nomine ordinarii etiam venit vicarius generalis episcopi, 3. Et capitulum sede vacante, *ib.* Imo et quicumque prælatus inferior in materia sibi adaptabili, *ib.* Decretum quidpiam statuens de ordinariis, extenditur ad omnes jurisdictionem ordinariam habentes, nisi materia subjecta aliud exposcat, *ib.* Vide supra *Judex ordinarius.*

ORDINATUS ab episcopo excommunicato, recipit characterem ordinis, sed non ejus executionem, I, 478. Ignoranter sic ordinatus, quando id rescierit, debet abstinere ab executione ordinum, donec per episcopum suum dispensetur, *ib.* Et cur ipsum non excuset ignorantia, *ib.* Scienter ordinatus ab episcopo excommunicato, per solum Papam potest dispensari, *ib.* Præmissa de facto procedunt de episcopo excommunicato vitando et ordinatis ab eo, *ib.* Ordinatus ab alieno episcopo potest ministrare in ordine, si proprius episcopus ratam habeat ordinationem, VII, 37.

ORDO sumitur dupliciter, I, 433. Ordo, seu sacra ordinatio, quid, 434. Septem sunt ordines juxta theologos, juxta canonistas novem, et quo mysterio, *ib.* Ordines alii sacri seu majores, *ib.* Alii minores seu non sacri; qui, et cur sic dicantur, *ib.* Prima tonsura an sit ordo proprie dictus, 435. Vide infra *Tonsura prima.* Episcopatus est ordo proprie dictus, 438. Ordo episcoporum quadripartitus est; et quomodo, *ib.* Ordo potest dupliciter intelligi, recipi valide et licite; et quid, 445. Ordo ut valide recipiatur, quæ sufficiant, 446. Soli masculi sunt capaces sacramenti Ordinis, 445. Nec recipitur, sine Baptismo, 446. Qualis ætas ad singulos ordines requiratur, *ib.* Et quæ scientia ? 447. In regularibus non requiritur tanta scientia, ac in aliis; et cur, *ib.* Titulus sustentationis requiritur ad ordines sacros, *ib.* Secus ad ordines minores, 448. Vide infra *Titulus.* Ordo sacer, an, et quod beneficium ecclesiasticum obtinendum requiratur, 356. Præficiendus episcopatui debet saltem esse subdiaconus, 482. Ac successive receptis aliis ordinibus, intra trimestre post obtentam confirmationem consecrari, *ib.* Qualis ordo requiratur in promovendis ad abbatiam, decanatum, etc., *ib.* Et in præficiendis archidiaconatui vel ecclesiæ parochiali, 483. Aut canonicatui cathedralium, vel collegiatarum ecclesiarum, 484. Præficiendi vel jam habeant ordinem requisitum, vel sint in ea ætate, ut infra tempus a jure statutum ordinari valeant, *ib.* Neque hodie circa talem ætatem potest episcopus dispensare, ut antiquitus, *ib.* Clerici sunt arctati ad recipiendos ordines, quos beneficia requirunt, sub pœna privationis horum, *ib.* Quid si canones obsistant quominus jam promotus ad beneficium ob superveniens impedimentum ordinari valeat, 485. Pœna privationis beneficii ob non receptum ordinem debitum, olim solum incurrebatur post sententiam, ac prævia monitione, *ib.* Idque quoad abbatiam, archidiaconatum, etc., etiamnum procedit, *ib.* Secus de facto est dicendum de promotis ad ecclesias parochiales, si infra annum non ordinentur presbyteri; nam vacat ecclesia ipso jure, *ib.* Atque hoc ipsum procedit in vicariis perpetuis ecclesiarum parochialium, 486. Non tamen in ecclesiis curatis non parochialibus, *ib.* Neque rigor ille procedit in ecclesiis parochialibus collegiatis, et assumptis ad earum regimen, *ib.* Nec etiam in harum præpositis, et decanis, *ib.* Sicut nec injuste impeditis, quominus infra annum ordinentur, *ib.* Pœna privationis ecclesiæ parochialis non incurritur ipso jure ob neglectum presbyteratum, donec annus integer sit completus, *ib.* Et tunc dicta ecclesia non potest pro ea vice iterato conferri illi, qui neglexit sic ordinari, *ib.* Bene tamen pro alia vice, *ib.* Recipiens ecclesiam parochialem absque animo suscipiendi ordinem sacerdotii intra annum tenetur ad restitutionem fructuum, 487. Secus, si habuit talem animum assumendi præsbyteratum, licet postmodum non ordinetur, *ib.* Ordo sacer an, et quando dissolvat sponsalia, V, 358.

Ordo sacer impedimentum est dirimens, 439. Non item ordines minores, *ib.* Græci in majoribus constituti non possunt contrahere matrimonium, bene tamen in illo antea contracto manere possunt, *ib.* Pueri ante usum rationis ordinati possunt nubere, 440. Non item ordinati ante pubertatem, *ib.* Vi ordinati possunt nubere, *ib.* Sicut etiam gravi metu injusto ordinati, *ib.* Infantes vi vel metu ordinati, si postea tacite, vel expresse votum ratificant, tenentur ad castitatem, 441. Ordines sacri matrimonium prius contractum non dirimunt, *ib.* Contrahendum dirimunt solo jure ecclesiastico, *ib.* Potest proin Papa dispensare, ut sacerdotes et episcopi nubant, 442.

Ordo cognitionum, quid, II, 325. Cur rubrica, *de Ordine cognitionum*, non sit superflua, 324. Circa ordinem cognitionum est regula, quod illa causa prius sit tractanda, a cujus decisione dependet altera, 325. Idque exemplificatur, *ib.* Ac procedit etiam in qualibet exceptione peremptoria, *ib.* Atque in exceptionibus dilatoriis, *ib.* Quæ præcedere debeat, si occurrat actio civilis, et criminalis, 326. An si reus contra actorem opponat spoliationem, prius debeat tractari causa spolii, 327. Quid agendum, si causa principalis, et incidens, sint tractandæ coram diversis judicibus, 329. Ordo solvendi debita casu quo media non sufficiunt ad omnia solvenda. Vide *Solutionis ordo.* Ordo successionis ab intestato. Vide *Successio ab intestato.* Ordines singuli, quo tempore sint conferendi, 439. Quatuor ordines minores quando conferendi, *ib.* Hi in quibusdam ecclesiis conferuntur feria sexta Quatuor Temporum, *ib.* Ordines majores quo tempore sint conferendi, *ib.* Et quid de episcopatu, 440. Ex privilegio Papali potest quis ordinari extra tempora, *ib.* Potest pars ordinationis differri sequentem Dominicam continuato tamen jejunio, *ib.* An in tali casu requiratur jejunium naturale, *ib.* Vel sufficiat ecclesiasticum, *ib.* Liceatque tunc sumere prandium et collationem vespertinam, *ib.* Religiosi communicationem privilegiorum habentes, an possint ordinari extra tempora a jure statuta, 441. Quid intelligatur nomine diei festivi, quo tum ordines minores, tum etiam virtute privilegiorum ordines majores conferri posunt, 444. Notabilis declaratio S. Congregationis quoad hoc, 445. Ordinem exercens clericus, quem non habet, incurrit irregularitatem, VI, 476. Suspensionem ab ordine ita suscepto, *ib.* Excommunicationem et degradationem, *ib.* Ad incurrendam tamen irregularitatem requiritur, ut exerceat verum actum ordinis, 477. Et quidem serio, *ib.* Ac temere, *ib.* Clericus non sacerdos missam celebrare, vel sacramentalem confessionem audire attentans degradatur et curiæ sæculari traditur, gravissime puniendus : et quomodo, 478. Ordinem exercens laicus non fit irregularis, 477. Gravissime tamen punitur : et qualiter, si missam celebrare, vel confessionem sacramentalem audire attentat, 478. A qua pœna non excusat ætas, dummodo vigesimum annum compleat, *ib.* Ordinem furtive suscipiens quis dicatur, 480. Illicite sed valide ordinatur, *ib.* Nisi ordinans intentionem; vel protestationem faciat publicam non ordinandi furtive se ingerentes, *ib.* Doctrina practica ad propositum, 481. Non est consultum, ut episcopus præmittat similem intentionem, *ib.* Furtive suscipiens ordinem est ab illo suspensus, et quandoque irregularis, *ib.* Quis dispenset in pœnis furtive suscipientium ordinem, 482. Ordo invalide collatus debet iterari, VII, 121.

Ordines religiosi an possint condere statuta ad successores transeuntia, I, 124. Et quid dicendum de ordine fratrum minorum, *ib.* In ordine fratrum minorum elec[illegible] ministri provincialis debet fieri eodem die, quo capitulum fuerit congregatum, 325. In ordine fratrum minorum electiones superiorum majorum fiunt per compromissum limitatum, 328. In ordine fratrum minorum quæ electiones fiant per schedulas secretas, et quæ per ballotationes, seu globulos, 379. Vide supra *Electiones regularium.* Ordines regulares hodie plerique sunt exempti, II, 17. Vide infra *Regulares* et *Religiosi.* Ordines plures an